

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum possit diminui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

uis ex parte sensuia  
inchoet tantum cor  
rupcio haec efficaci  
ter tamen corrupti  
tur scientia per hu  
iustmodi obliuione  
uel deceptionem, ut  
in litera dicitur in 1.  
articulo,

pi per accidens, sed solum ex par  
te inferiorum virium sensuiarum.  
Est igitur considerandum, si pos  
sunt huiusmodi habitus per se cor  
rumpi. Si igitur fuerit aliquis ha  
bitus qui habeat aliquid contrari  
um vel ex parte sua, vel ex parte  
sue causa, poterit per se corrum  
pi: si uero non habet contrarium,  
non poterit per se corrupti. Manifestum est autem,  
q[uod] species intelligibilis in intellectu possibili existens,  
non habet aliquid contrarium; neq[ue] iterum in intelle  
ctu agente, qui est causa eius, potest aliquid esse con  
trarium. vñ si aliquis virus sit in intellectu possibi  
li immediate ab intellectu agente causatus, talis habi  
tus est incorruptibilis & per se, & per accidens. h[oc] modi  
autem sunt habitus primorum principiorum, t[ame]n spe  
culabilium, q[uod] practicorum, qui nulla obliuione, vel  
deceptione corrupti possunt, sicut Philosophus di  
cit in 6.\* Eth. de prudenter, q[uod] non perditur per obli  
uionem. Aliquis uero habitus est in intellectu possibili  
ex ratione causatus. habitus conclusionum, qui df  
scientia, cuius causa duplicitate potest aliquid contra  
rium esse. Vno modo, ex parte ipsarum propositionum,  
ex quibus ratio procedit; etenim enuntiationi, quae  
est, Bonum est bonum, c[on]traria est ea quae est, Bonu  
m non est bonum, s[ed] in Philosophu in 2.\* Peripher. Alio  
modo, quantum ad ipsum pro cessum rationis, put  
syllogismus sophisticus opponit syllogismo dialectico,  
vel demonstratio. Sic igitur patet, q[uod] per falsam ra  
tionem potest corrupti habitus uere opinonis, aut  
etiam scientiae, unde Philosophus dicit, q[uod] deceptio  
est corruptio scientiae, sicut supradictum est. Virtutu  
uero quedam sunt intellectuales, que sunt in ipsa ra  
tione, ut dicitur in 6. Ethic. de quibus est eadem r[ati]o,  
quae est de scientia, vel opinione. Quædam uero sunt  
in parte animæ appetitiva, quæ sunt uirtutes morales:  
& eadem ratio de uirtute oppositis. Habitus autem  
appetitivæ partis causant per hoc, q[uod] rationata est  
appetitivam partem mouere: unde per iudicium ra  
tionis in contrarium mouentur quoconque modo,  
sicut ex ignorantia, sive ex passione, vel etiam ele  
ctione, corruptitur habitus uirtutis, vel uirtutis.

Cap. 5. in fin  
tom. 5.

Cap. 10. to. r.

In argu. ad  
oppositam  
Cap. 1. to. 5.

Cap. 10. non  
longe ad fin  
tom. 5.

in corp. ar.

p. 700.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod sicut dicitur  
in 7.\* Eth. habitus similitudine habet naturæ, defi  
nitivam ab ipsa: & ideo cum natura rei nullo modo re  
mouetur ab ipsa, habitus difficile remouetur.

A D II. dicendum, q[uod] etiæ speciebus intelligibilibus  
non sit aliquid contrarium, enuntiationib[us] tñ & p[ro]fesi  
sui rationis p[ot]est aliquid esse contrarium, ut\* dictu est.

A D TERTIVM dicendum, q[uod] scientia nō remoue  
tur per motum corporalem quantum ad ipsam ra  
dicem habitus, sed solum quantum ad impedimentum  
actus, in quantum intellectus indiget in suo actu  
uiribus sensuibus, quibus impedimentum assertur p[er]  
corporalem transmutationem. Sed p[er] intelligibilem K  
motum rōnis p[ot]est corrupti habitus scientiae, etiam  
quantum ad ipsam radicem habitus. & similiter et  
p[ot]est corrupti habitus uirtutis, tamen quod dicitur,  
virtutes esse permanentes disciplinis, intelligendū  
est non ex parte subiecti, vel cause, sed ex  
parte actus: uam uirtutum usus est continuus per to  
tam uitam, non autem usus disciplinarum.

### ARTICVLVS II.

Vtrum habitus possit diminui.

A D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod  
habitus diminui nō possit. Habitus n[on] est que

et am qualitas & forma simplex: simplex autem aut to  
tum habetur, aut totum amittitur. ergo habitus est  
corrupti possit, diminui non potest.

¶ 2 Præt. Omne quod conuenit accidenti, conuenit  
eidem s[ed] in se, vel ratione sui subiecti: habitus autem s[ed]  
scipsum non intendit & remittit, alioquin sequi  
retur q[uod] aliqua species de suis individuis predicantur  
s[ed] magis & minus. si igitur s[ed] non participationem sub  
iecti diminui possit, sequeretur q[uod] aliquid accidat ha  
bitui proprium, quod non sit communis ei & subie  
cto: cuicunque autem formæ conuenit aliquid pro  
prium præter suum subiectum, illa forma est separa  
bilis, ut d[icitur] in primo\* de anima. sequitur ergo quod  
habitus sit forma separabilis, quod est impossibile.

¶ 3 Præt. Ratio & natura habitus, sicut & cuiuslibet  
accidentis, consistit in concretiō ad subiectum, un  
& quolibet accidentis diffinitur p[er] suum subiectum. si igit  
habitus s[ed] scipsum non intendit, neque remittit,  
neq[ue] et s[ed] concretionem sui ad subiectum di  
minui poterit, & ita nullo modo diminuetur.

S E D C O N T R A est, quod contraria nra sunt fieri  
ca idem: augmentum autem & diminutio sunt contraria. cu[od] igitur habitus possit augeri, uidetur quod  
et iam possit diminui.

R E S P O N . Dicendum, quod habitus dupliciter di  
minuntur sicut & augentur, ut ex\* supradictis pa  
tet. Et sicut ex eadem cā augentur, ex qua generatur,  
ita ex eadem causa diminuntur, ex qua corrupti  
tur. Nam diminutio habitus est quedam via ad cor  
ruptionem, sicut econversio, generatio habitus est  
quoddam fundamentum augmenti ipsius.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod habitus se  
cundum se consideratus est forma simplex, & secu  
dum hoc non accidit ei diminutio, sed s[ed] in diversu  
modo participandi, qui provenit ex indetermina  
tione potētia ipsius participantis, quae scilicet diuer  
simode potest unā formam participare, vel quod po  
test, ad plura, vel ad pauciora extendi.

A D S E C U N D U M dicendum, quod ratio illa pro  
cederet, si ipsa essentia habitus nullo modo diminuer  
tur: hoc autem non ponimus, sed quod quedam  
diminutio essentia habitus non habet principium  
ab habitu, sed a participante.

A D T E R T I U M Dicendum, quod quoconque  
modo significetur accidentis, h[oc]t[em] dependentiam ad sub  
iectum secundum suam rationem, aliter tamen &  
aliter. Nam accidentis significatum in abstracto im  
portat habitudinem ad subiectum, quae incipit ab ac  
cidente, & terminatur ad subiectum. nam albedo  
dicitur, qua aliquid est album, & ideo in diffinitio  
ne accidentis abstracti non ponitur subiectum quasi  
prima pars diffinitionis, quae est genus, sed quasi  
secunda, quae est differentia. Dicimus enim quod si  
mitas est curvitas nasi, sed in concretis incipit habi  
tudo a subiecto, & terminatur ad accidentis. dicitur  
enim album quod habet albedinem, propter quod  
in diffinitione huiusmodi accidentis ponitur subie  
ctum tanquam genus, quod est prima pars diffinitionis. dicimus enim quod simum est nascitur curvus. Sic  
igitur id, quod conuenit accidentibus ex parte sub  
iecti, nō autem ex ipsa ratione accidentis, non attri  
buitur accidenti in abstracto, sed in concreto, & hu  
iustmodi est intensio & remissio in quibusdam acci  
dentialibus. unde albedo non dicitur magis & minus,  
sed album, & eadem ratio est in habitibus, & aliis  
qualitatibus, nisi quod quidam habitus augentur,  
vel diminuuntur per quandam additionem, ut ex\*  
supradictis patet.\*

ARTI.